



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Omnis sumus peccatores

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

ut peccatum pro peccato non imputetur. Rom. 3. Nul-  
la condemnatio his qui sunt in Christo Iesu, qui non  
iuxta carnem uersantur, sed iuxta spiritum. Alioqui  
idem Ioānes in eadem epistola dicit: Si dixerimus, pec<sup>1.</sup> Ioan. 1.  
catum non habemus, nos ipsos fallimus, et ueritas in  
nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis et Omnes su-  
iustus est deus, ut remittat nobis peccata nostra, et mus pecca-  
tores.  
emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, nō pec-  
cauimus, mendacem facimus eum, et sermo eius non  
est in nobis. Eius generis multa sunt paßim in scriptu-  
ris. David clamat: Domine ne intres in iudicium cum Psal. 143.  
seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo o-  
mnis uiuens. Itē: Si peccata obseruaueris domine, quis Psal. 130.  
sustinebit? Esa. 43. dominus per prophetā ad Iudeos,  
qui sibi in iustitia legis placebant, sic loquitur: Ego  
sum, ego ipse sum, qui deleo iniquitates tuas propter  
me, et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc  
in memoriam, iudicemur simul, narrasi quid habes,  
ut iustificeris, pater tuus primus peccauit, et interpre-  
tes tui præuaricati sunt in me. Nemo, uel ex sanctissi-  
mis, sine peccato fuit unquam. Manifestum fit hoc in Nemo sine  
Adam, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Mose, Aarone, uit.  
Dauide, Iosia, Ezechia, Petro, Paulo, Mattheo et c.  
Vere ergo loquitur Iob cap. 9. Quantus sum ego ut  
respondeam ei, et loquar uerbis meis cum eo? qui es-  
tiam si habuero quidpiam iustitiae, non respondebo,

sed iudicem meum deprecabor: si iustificare me uoluer, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit &c. Roma. 3. Paulus dicit: Omnes peccauerunt et egent gloria dei. Ioannis 3. Christus dicit: Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet, sed mundus est totus. Si totus mundus est, quid ergo opus ut pedes lauet? Si lotione pedum opus habet, quomodo totus mundus est? Per sanguinem ergo Christi cruce fusum loti et expurgati sumus a sorte peccatorum, et sumus plane mundi. Neq; tamen ex hoc sequitur, quod iam non simus amplius in carne, quod non simus amplius peccatores, manent enim reliquiae quedam peccatorum in pedibus, id est, affectibus nostris. Pedes ergo, id est, affectus, donec hic uiuimus, et in puluerulenta et sordida via ambulamus et pergrinamur, contaminantur sordibus peccatorum, quos perpetuo studio et quotidiana cura lauare nescire est, deinde maximo dolore, displicantia et lachrymis in uirtute passionis et mortis Christi sordes exter gere. Proinde Christus Ioh. 15. ait: Ego sum uitis uera, et pater meus agricola est. Omne palmitē in me non fermentē fructū tollet, fermentē fructū purgabit ut plus fructus adferat. Ex quibus uerbis intelligimus, quod nos qui in Christum per fidē, ueluti palmites uiti, insiti sumus, fructū ferimus et sancte uiuimus, nihilominus quotidiana purgatione opus habemus, idq; per spiritū et uirtutem